

christitudinis illius quæ sola mente percipitur, con-
te oratione et possessione removetur. « Nemo
enim potest duobus dominis **465** servire ». »
Consuetudine, tolerantia, et conatu eujusvis artis
perfectionem adipiscuntur homines.

87. Quapropter per vim et conatum, qui a
charitate proficiuntur, per orationem quam hu-
militas excitet, ac per rerum sensibilia, eorum-
que qui negligentius vivunt, fugam, neminem
judicantes, quinimo per humilitatem, consuetu-
dinemque bonorum, et obedientiam, salutem no-
stram operemur, absque ulla, sive cogitationum,

⁶⁰ Matth. vi, 24.

A sive affectum occultatione. Illud quippe malum
quod occultum est. Lux vero est, quidquid in aper-
tum prodit. Neque enim serpens ad solem gignit,
sed in cavernis : nec semen super terram jacens,
sed sub terra latens crescit. Sic malæ cogitatio-
nes, cum in apertum minime proferuntur, fru-
ctus in corruptionem edunt : bonæ vero in vitam
æternam, qua nobis omnibus perfaci concedatur,
per gratiam Domini nostri Iesu Christi, cui cum
Patre et Spiritu sancto honor et gloria sit, nunc
et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

IN DISCEPTATIONES CUM SARACENO ADMONITIO.

Dialogo Joannis Damasceni contra Manichæos succedunt disceptationes aliquot cum Saraceno, quas Latine hactenus ediderunt ex rudi nec recenti translatione, cujus Græcum textum obtinere non potui. Latere enim in bibliotheca Cæsarea testatur Lambecius cod. 257. Cæterum magnam ejus partem expiscari mihi licuit ex dialogis Theodori Abucaræ, qui ut eum, quem subjiciemus, ita et alios διὰ φωνῆς, *ex ore* Joannis nostri excepit : quod nemini in poste-
rum dubium fore spero. Hic porro Theodorus perperam a Turriano accipitur pro Theodoro illo Cariæ in Thracia, vel Asia minori, episcopo, qui Photii partes primum adversus sanctum Ignatium secutus fuit. Nam, præterquam quod verisimile prius non est Theodorum, qui sancti Joannis Damasceni auditor fuerat, ætatem produxisse usque ad tempora celebratæ synodi octavæ, in qua Theodorus Cariæ defectionis suæ veniam petiit : aliunde certius est Theodorum Abucaram in Palæstina, aut saltem in Syria episcopatum inter Mahummedanos, Nestorianosque, et Jacobitas hæreticos gessisse, adversum quos dialogos varios scripsit. *Cara* vel *Carae* civitas Syriæ, seu Metopotamiæ fuit, quæ *Charram* olim dicebatur, veluti testatur Theodorus Antiochenus in commentario in cap. ix Amos. Τὸ μὲν ἐξ βέρου, τινὲς ἔφασαν λέγεσθαι, τούτοιν ἐξ Καρῶν, τὴς νῦν οὖτοι ἐγουμένης, πότε δὲ Χαρρᾶν. Stephanus, *De urbibus*, ejusdem nominis civitatem ad mare Rubrum fuisse sitam tradit. Guillelmus Tyrius narrat urbem aliam, quæ *Cara* voca-
retur, exstuisse in Palæstina trans Jordanem, quæ metropolitæ Rabbathæ subjecta esset. Quidni posterioris hujus civitatis præsul Theodorus noster fuerit, qui, ut ex capite operum ipsius discimus, ab epistolis Arabicis fuit Thomæ patriarchæ Hierosolymitano, ut epistolam ejus ad Armenios Arabice scriberet, uti Græce Michael patriarchæ hujus presbyter et syn-
cellus?

JOANNIS DAMASCENI DISCEPTATIO CHRISTIANI ET SARACENI.

466 1. Si interrogaris a Saraceno : Quid dicas Christum? die ipsi : Verbum Dei, nec te existimes peccare ; quia Verbum dicitur in Scriptura, et brachium Dei, et potentia Dei, et multa talia. Vicissim autem interroga ipsum et tu. A scriptura tua quid dicitur Christus? Tum forte volet interrogare te et ipse aliud, cupiens sic effugere te : tu vero non respondeas ei, donec utique ad id respondeat,

B quod ab ipso sciscitatus eris. Necessitas enim co-
get ipsum, ut respondeat tibi, dicens : A scriptura mea Spiritus et Verbum Dei dicitur. Tum rursus interroga ipsum : Verbum a scriptura tua, crea-
tumne, an increatum? Et si dicat, Increatum, dic ipsi, Ecce consentis mihi. Quare enim non creatum, sed increatum, Deus est. Si autem dixerit creatum esse Verbum et Spiritum, tam quare : Et quis

creavit Verbum Dei et Spiritum? Quod si necessitate coactus responderit, Deus ipse creavit, tum tū rursus: Ergo antequam Deus crearet Spiritum et Verbum, non habuit Spiritum neque Verbum. Quod cum audierit fugiet a te, non habens quod respondeat. Disceptantes enim sunt tales apud Saracenos, et omnino abominabiles et abjecti.

2. Quod si vero tu interrogatus a Saraceno, Verba Dei creata sunt, an increata? hæc enim proponunt adversarii nos Saraceni problemata, potius volentes ostendere, creatum esse Verbum Dei: quod non est: et si dicas, Creatum; dicet tibi: Ecce dicas creatum Dei Verbum. Si autem dicas, Increata; statim occurret tibi: Ecce omnia eloquia Dei creata sunt, dii vero non sunt. Et ecce fateris, quoniam Christus cum Verbum sit Dei, non est Deus. Quapropter neque creata dicas, neque increata: sed sic responde ei: Ego unum solum Verbum Dei confiteor, quod increatum sit: omnem autem Scripturam non dico λόγια, id est, verba: sed φήματα, id est sermones Dei. Et Saracenus: Et qualiter dicit David: «Eloquia Domini, eloquia

3. Si dicat tibi Saracenus: Qualiter descendit Deus in ventrem mulieris? dic ipsi sic: Utamur scriptura tua et Scriptura mea. Et scriptura tua dicit, quod præpurgavit Deus Mariam suam super omnem carnem mulieris, et descendit Spiritus et Verbum Dei in ipsam. Et Evangelium meum dicit: «Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi». Ecce una vox utrariumque dictionum, et unus intellectus. Cognosce autem et hoc, quoniam ad nostram proprietatem diceret Scriptura desensionem et ascensionem tropologice, non cyriologice. Proprie enim descendens et ascendens ipse [χριστὸς] dicitur secundum philosophos. Deus autem omnia continens, et a nullo continetur. Dixit enim quidam prophetarum: «Quis mensuravit manu aquam, et cœlum palmo, et pugillo terram?». Et bene. Omnes aquæ simplex comprehensio manus Dei sunt; et omnem cœlum palmus; et omnis terra, pugillus: qualiter igitur contingit, ipsum in propria manu omnia continentem descendere et ascendere?

4. Si interrogatus fueris a Saraceno, dicente, Si Deus erat Christus, qualiter comedit et bibit et dormivit, et crucifixus est, et mortuus est, et quæ deinceps, dic ipsi: Quoniam ante sæcula Verbum Dei, quod creavit omnia, secundum quod testatur Scriptura mea et scriptura tua, ipsum creavit ex carne sanctæ Virginis, hominem perfectum et animatum et intelligentem: ille comedit, bibit, et dormivit; Verbum scilicet, secundum quod Verbum Dei: Verbum autem Dei non comedit, neque bibit, neque dormivit, neque crucifixum est, neque mortuum; sed caro quamassumpsit ex sancta Virgine, illa crucifixa est. Cognoscis autem, quoniam Christus dupliciter [natura], unus autem hypostasi. Non enim dicitur, Est aeternum Verbum Dei et post assumptionem carnis anhypostatum [ἀνυποστατωδόν], id est non personale vel naturale. Non enim apposita est Trinitati quarta persona post ineffabilem unionem carnis.

5. Et si te⁷ interroget Saracenus: Quem dicitis Deum, mortuus est; responde tu: Non mortuus est: considerans Scripturæ [et] demonstrationi. Dicit enim Scriptura de hoc. Venit enim naturalis mors adversus hominum memoriam dominans, id est, subjiciens, ut in nobis omnia. Sed perfectus primus homo dormivit, et costa spoliatus est.

6. Et Saracenus: Ecce plagatus sum in aliqua parte carni mearum, et percussa caro cicatricem contraxit, et in cicatrice factus est vermis: quis igitur ipsum plasmavit? Dic ipsi, ut prædictus, quoniam post primam hebdomadam creationis mundi non invenimus quocunque aliquando, vel

A casta⁸? Dice ei, quod tropologice locutus sit, et non cyriologice [proprie loquendo], id est non propria et firma verborum significatio. Et Saracenus: Quid est tropologia et cyriologia? Responde: Cyriologia quidem est firma et certa rei demonstratio: tropologia autem infirma demonstratio. Et Saracenus: Contingitne prophetam proprio suo instinctu loqui? Dic ipsi: Consuetudo est prophetarum tropologice loqui: quale hoc: «Mare vidit et fugit⁹. Ecce mare oculos non habet, neque est animatum. Et rursus idem Propheta velut animatum ipsum alloquitur: «Quid est tibi, mare, quod fugisti?» et quæ sequuntur. Et rursus ostensivum suppositionis. Dicit enim Deus ad Cain: «Maledictus tu a terra, **467** quæ aperuit os tuum suscipere sanguinem fratris tui de manu tua¹⁰. Ecce ibi tropologice dixit os. Et: «Gladius meus devorabit carnes¹¹. Gladius enim scindit, non deglutit. Sie et φήματα, id est, sermones, dicibiles et effabiles, dixit λόγια, id est verba, id est, interiorius solum in mente, seu ratione formata, sed (ut dictum est) φήματα.

C plasmantem hominem, vel formatum; sed præceptio Dei quod præcepit in prima hebdomada, finivit quæ sunt. Post transgressionem autem condemnata est terra spinas et tribulos germinare¹². Tunc utique et caro nostra condemnata, usque hodie pediculos et vermes germinat.

7. SARACENUS. Quam dicitis causam mali et boni?

CHRISTIANUS. Omnium bonorum aimus eam Deum, mali autem nihil.

SARAC. Quam dicitis causam mali?

CHRIST. A sententia diabolum existentem manifestum et nos homines.

⁷ Psal. xi, 7. ⁸ Psal. cxiii, 5. ⁹ Gen. iv, 11. ¹⁰ Theod. c. 57. ¹¹ Ibid. ¹² Gen. iii, 15. Theod. c. 35.

¹¹ Deut. xxxii, 42. ¹² Luc. i, 55. ¹³ Isa. xl, 22.

SARAC. Propter quid?

CHRIST. Propter liberum arbitrium.

SARAC. Quid igitur? Liberum arbitrium, et quoniam quæcunque vis facere?

CHRIST. Plasmatus sum a Deo liber arbitrio.

SARAC. Propter quid?

CHRIST. Male facere et bene facere, quod est bonum et malum. Gratia hujus mala quidem faciens, punior a lege Dei: bona autem operans, non timeo legem, sed **468** et honor, et misericordiam a Deo consequor. Similiter et diabolus primum hominem decepit per liberum arbitrium, et peccavit. Et Deus propria statione expulit ipsum. Sed forte et dices mihi, ita dicens: Qualia sunt quæ dicis bona et mala?

SARAC. Ecce sol et luna et stella bona sunt: fac unum ex his.

CHRIST. Non gratia hujus dico tibi: quia secundum hominem operor bonum et malum, bona quidem, glorificatione Dei, et oratione, et eleemosyna, et similibus his [mala autem, fornicatione et furto]. Si autem dicas tu bona et mala ex præcepto Dei esse, invenietur Deus adversus te injustus, quod non est. Quia enim Deus præcepit fornicatorem fornicari, et homicidam occidere, et furem furari, digni sunt honore: voluntatem enim Dei fecerunt. Invenientur autem et legis positores mendaces, et libri tui mendaces conscripti: quia præcipiunt nos fornicatorem et furem flagellare, et homicidam occidere: voluntatem enim Dei fecerunt.

Quis, ait, format fetus in ventre mulierum? Hoc proponunt ad nos problema, potentius volentes ostendere Deum esse causam malorum. Si enim respondeas dicens, Quoniam Deus format fetus in ventre mulierum, dicet tibi Saracenus: Ecce Deus cooperator est fornicatorum et adulterorum. Christianus sic respondet: Nequaquam invenimus post primam hebdomadam mundificationis Scripturam dicentem plasmare Deum aut creare aliquid. Si autem dubitas ad hoc, ostende tu plasma vel creaturam qualemque post primam hebdomadam factam a Deo: sed tamen non potest ostendi hoc. Omnes enim visibiles creaturæ in prima hebdomada factæ sunt. Formavit enim Deus hominem in prima hebdomada, et præcepit ipsum generare, et generari, dicens: «Crescite et multiplicamini et replete terram»¹¹. Et quia animatum ens homo, animatum semen habens, in propria uxori semen repullulavit. Quare homo hominem generat, quemadmodum divina Scriptura ait: «Adam genuit Seth, et Seth genuit Enos, et Enos genuit Cainan, et Cainan genuit Melaleel»¹², et quæ sequuntur. Et non dixit, Deus plasmavit Seth, Enos, vel alium aliquem. Et hinc cognoscimus, quoniam generantur, et generant usque ad præsens; et sic gratia Dei mundus constitutus est: quia enim ex

A tunc omnis herba general et generatur: dixit enim Deus: «Germinet terra herbam seni»¹³; et præcepto Dei germinavit unaquæque arbor: similius et herba, et planta ex seipsa habet semen et potentiam. Semen autem omnis plantæ et herbae, animatum quod est, in terram cadens, a seipso, vel ab alio seminatum, regerminat, non plasmatum ab aliquo, sed præcepto Dei obediens. Ecce et ego, quemadmodum prædicebam, liber arbitrio existens, ubi utique semino, sive in propriam uxorem, sive in alienam, libero arbitrio utens, germinat, et sit præcepto Dei obediens: non quoniam et nunc secundum unamquamque diem plasmat, et operatur; quia in prima hebdomada fecit **469** Deus cœlum et terram, et universum mundum in sex diebus, et die septima requievit ab omnibus operibus ejus quæ incepit facere, secundum quod Scriptura testatur mea.

SARAC. Qualiter ait Deus ad Jeremiam: «Priusquam te formarem in utero scivi te, et ex matrice sanctificavi te»¹⁴. Omnino igitur in ventre placuit.

CHRIST. Animata et seminativa potentiam Adam in ventre habens, genuit Seth, quemadmodum dicebam: Seth et Enos et unusquisque homo præhabens in ventre suum filium, et filius item genuit, usque ad præsens. Illud vero, «ex utero sanctificavi te», intellige eam, quæ vere genuit filios Dei, secundum testimonium sancti Evangelii.

C SARAC. Facientes voluntatem Dei, bonos dicas vel malos?

CHRIST. Dicere vis, quoniam Christus nolens passus est: et si dicam tibi, bonos, dices mihi: Vade, adores deos, quoniam voluntatem Dei tui fecerunt.

SARAC. Et hoc tibi volebam dicere.

CHRIST. Quod tu dicas voluntatem esse, ego dico sustinentiam et longanimitatem.

SARAC. Unde hoc ostendere potes?

CHRIST. Per rem: quia, sedente me et te, vel stantibus, potest quis ex libero arbitrio sive stare, vel moveri. Et, nunquid dicente Deo: «Non suraberis, non fornicaberis, non occides»¹⁵, vult ut suremur, vel fornicemur, vel occidamus?

D SARAC. Non. Si enim vellet, non utique diceret hoc.

CHRIST. Gloria Deo, quoniam tu confessus es. Ecce concordas mibi, quoniam nullus ex nobis, sive potest surgere, sive vivere: et quoniam non vult Deus ut suremur, vel fornicemur, vel occidamus. Et si nunc exsurgens, surer, vel fornicer, vel occidam, quid ipsum dicas? Voluntatem, vel confessionem, vel sustinentiam, vel longanimitatem?

8. SARAC. Quis est apud te major, qui sanctifical, vel qui sanctificatur?

¹¹ Gen. i, 18. ¹² Gen. v, 4 seqq. ¹³ Gen. i, 11. ¹⁴ Jerem. i, 5. ¹⁵ Exod. xx, 13-15.

CHRIST. Quid vis dicere, cognoseo.

SARAC. Si enim nosti, responde mihi.

CHRIST. Si tibi dicam, qui sanctificat; dices mihi: Vade, adora Joannem Baptistam baptizantem et sanctificantem Christum tuum.

SARAC. Sic tibi volebam dicere.

CHRIST. Superveniente te cum servo tuo in balneo, et ablatus, et mundatus ab ipso, quem habes dicere majorem? Illum miserum servum et argento emptum, vel te mundatum ab ipso, sive et dominum ipsius existentem?

SARAC. Me ipsum majorem dico, qui possideo, quam illum qui a me possidetur.

CHRIST. Gratias ago Deo. Sic mihi intellige Joannem, ut servum et famulum ministrantem Christo in sancto baptismate in Jordane, in quo baptizatus Salvator meus, eorum qui illic in cavernis latent, draconum et perniciosorum dæmonum capita stravit.

Saracenus autem valde admirans et desiciens, recessit et nihil apponens ad ipsum alterum.

470 Ex ejusdem (*Theodori Abucaræ cognominati episcopi Carorum*) concertationibus cum Saracenis, ex ore Joannis Damasceni.

SARACENUS. Dic mihi, episcope, eratne mundus idolorum cultui deditus, antequam Moyses Judaismum prædicaret?

THEODORUS. Omnino.

SARAC. Quando Moyses Judaismum docebat, ultra pars mundi rectæ religioni videtur addicta fuisse, quæ Judaismum amplexa est; an quæ in idolatria, rejecto Moyse, perseveravit?

THEOD. Quæ Judaismum amplexa est.

SARAC. Postea cum venit Christus, Christianismum prædicans, ultra pars videtur tibi religionem veram coluisse, quæ Christianismum amplexa est; an quæ in Judaismo firmissime pernansi?

THEOD. Quæ Christianismum amplexa est.

SARAC. Insequenti vero tempore, cum venisset Muchamethus Margarismum Eslamismumque annuntians, ultra pars videtur tibi Deum rite colere, quæ Eslamismum suscepit; an quæ mansit in Christianismo, Muchametho nolens auscultare?

THEOD. Quæ mansit in Christianismo.

SARAC. Conclusionem hanc postremam intulisti propositionibus minime consentaneam.

¹⁶ Exod. iv, 1. ¹⁷ ibid. 2-9. ¹⁸ Luc. xvi, 6.

A THEOD. Ergo oportebat ut ex falsis propositionibus conclusionem deducerem? Non enim, ut opinatus es, fide digni Christus et Moyses fuerunt, quia prædicabant et docebant, ut Muchametho credamus, quia prædicavit et docuit: verum ausulta, unde uterque fide dignus habitus fuit. Quando Moyses a Deo mittebatur, respondit illi: « Ecce vado, et dicent mihi: Non apparuit tibi Dominus, neque Deus misit te. Quid faciam ¹⁶? » Cui Deus, « Quid est hoc, inquit, quod habes in manu tua? » Et respondit, « virga. » Tum dixit ei Deus: « Projice eam. » Quæ projecta cum esset, versa est in serpentem. Rursus vero cum manu prehendisset, virga facta est. Deinde dixit ei Deus: « Mitte manus tuam in sinum tuum. » Quam cum misisset protulit eam leprosam. Rursum vero immissa, educta est sana. Et ait Deus ei: « Si non crediderint primo signo, neque secundo, facio ex aqua sanguinem ¹⁷. » Moyses itaque, cum hoc modo missus fuisset, haec fecit, et propter opera sermonibus ejus fides habita est. Sic est, annon?

SARAC. Ita plane.

B THEOD. Venit Christus, seque a Deo missum comprobavit, non ex solo Moysis vaticinio testimonium habens, verum et insuper signis, portentis, variisque virtutibus sibi fidem astruens.

SARAC. Quibusnam istis?

C THEOD. Conceptus sine semine ex matre non conjuncta viro, et ex virginе natus; mutata aqua in vinum: tum deinde non obscura, sed manifesta admodum oculorum cæcis restitutione, leprosorum expurgatione, paralyticorum corroboracione, omnigenorumque morborum curatione, divinitatis sue in monte ostensione, expulsione dæmonum, multorum millium hominum paucis ex panibus pascibusque refectione, mortuorum velut e somno excitatione, et uno verbo, naturæ in quibus lapsa erat, instauratione. Quid ait ad haec, Saracene? an minoribus quam Moyses, signis **471** et indicis si dem sibi astruxit Christus?

SARAC. Nequaquam.

D THEOD. Hic ergo a Moyse prius declaratus, cum tot tantisque signis sese a Deo venisse commonstrasset, discipulis suis spopondit, dicens: « Lex et prophetæ usque ad Joannem Baptistam. Qui habet aures audiendi, audiat ¹⁸. » Ubi igitur est propheta vester? id obscurum non est.

MONITUM.

Opusculi de draconibus et strygibus, seu prolixioris, ut conjicio, lucubrationis fragmenti hujus, quod nunc primum damus, describendi mihi perhumane copiam fecit R. P. D. Bernardus de Montfaucon ex codice satis recenti monasterii Sancti Taurini Ebroicensis. Illud vero Joanni Damasceno perinde tribuunt codex 15 bibliothecæ Cl. Joannis Seldeni, neenon alter codex bibliothecæ Romanæ Sanctæ Mariæ de Vallicella, nihilque nos cogit ut ipsum Dama-